61957/P

DISSERTATIO INAVGVRALIS
DE
XENODOCHIORVM RATIONIBVS
PRAECIPVA QVAEDAM CAPITA COMPLECTENS

QVAM
RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DOMINO
FRIDERICO
MARGGRAVIO BRANDENBVRGICO BORVSSIAE
SILESIAE MAGDEBVRGI CLIVIAE cet. cet., DVCE, BVRGGRAVIO NORIMBERGENSI PRINCIPE HALBERSTADII MINDAE CAMINAE RELIQVA.
CIRCVLI FRANCONICI SVPREMO CAMPI MARESCHALLO AC TRIVM LEGIONVM ET COHORTIVM PRAEFECTO
DOMINO NOSTRO LONGE CLEMENTISSIMO

CVRATORE ATQVE CANCELLARIO
VIRO PERILLVSTRI DOMINO
DANIELE DE SVPERVILLE
SERENISS. MARGGRAVII CONSIL. INTIMO ETC.

PRAESIDE
D. IOANNE GOTTLIEB GONNE
SERENISS. MARGGR. BRANDENBVRG. CONSIL. AVL. PROF. IVR. PVBL. ORD.
PRO GRADV DOCTORIS
ET SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS
AC PRIVILEGIIS RITE CONSEQVENDIS
AD DIEM XIII. MAII MDCCXLVII.
PVBLICE PROPVGNABIT
AVCTOR
BENIAMIN GOTTLOB CHLADENIVS
VITEBERGENSIS - SAXO

ERLANGAE LITTERIS IO. FRID. BECKERI ACAD. TYPOGR.

WELLCOME
LIBRARY
INSTITUTE

CONSPECTVS DISSERTATIONIS

§. I. *Fauor Xenodochiorum in iuribus tum vniuerſalibus tum prouincialibus Germaniae. Xenodochia deſcribuntur.*

§. II. *Fauoris illius cauſa. Piis cauſis accenſentur, et rebus eccleſiaſticis aequiparantur Xenodochia, horumque bona. Res ptochicae quae dicantur?*

§. III. *Xenodochi qui conſtituendi. Xenodochi deſcribuntur. Xenodochium illuſtre apud Pariſios.*

§. IV. *Aliquando clericis demandata fuit Xenodochiorum adminiſtratio. Xenodochus an pro clerico habendus?*

§. V. *Rationes Xenodochii quotannis reddendae.*

§. VI. *Heres Xenodochi ad rationes obligatur.*

§. VII. *Cui reddendae ſint rationes Xenodochii. Cura Xenodochii an magiſtratui ciuili competat? Adminiſtrator Xenodochii quid differat ab eius curatore?*

§. VIII. *Quaeſtio, an, rationibus, non a magiſtratu ſed a ſuc-*

ceſſore in officio expunctis liberetur reddens, eiusque heres, ventilatur.

§. IX. X. *Res illuſtratur Reſponſis Ictorum.*

§. XI. *Fundamentum et caput rationum eſt inuentarium. Inuentarii loco plerumque habetur reſiduum ſiue reliquum ex rationibus anteceſſoris in officio.*

§. XII. *Datur Xenodochus aneclogiſtus.*

§. XIII. *Dubii roboris eſt hypotheca Xenodochii in bonis adminiſtratoris, in iis prouinciis, vbi lex de illa nihil diſponit.*

DE XENODOCHIORVM RATIONIBVS CAPITA QVAEDAM SELECTA.

§. I.

Mirifice in id conſpirant fere quarumvis gentium et regionum chriſtianis ſacris addictarum iura, vt nihil propemodum, quod ad CONSERVATIONEM et SECVRITATEM Xenodochiorvm [1] facere videatur, intactum relinquant. Sunt Imperatorum

1 Regnat in Imperatorum itemque Pontificum conſtitutionibus et decretis vox XENODOCHII, qua denotatur locus, in quo pauperes et infirmi homines paſcuntur. Sic enim definit CAPITVLARE CAROLI M. apud STEPHANVM BALVZIVM *in Capit. Reg. Franc. Tom. I. pag. 746.* adderem ego huic definitioni; locum aliena liberalitate in id con-

torum conſtitutiones bene multae, tum in legum romanarum corpore,2 tum alibi etiam3 occu-

conſtitutum atque reditibus praeditum eſſe. Equidem ſi originem vocis ſpectes, non renuo, eam proprie indigitare domum recipiendis ſaltem HOSPITIBVS et PEREGRINIS deſtinatum: ſed, vt innumeras veteris aeui tabulas praeteream, ſatis apparet, tum ex L. 35. L. 42. §. 6. ſeqq. L. 46. L. 49. C. de epiſcopis et clericis, tum ex citata modo lege Caroli M. paulo latius deinde patuiſſe vocem, et pro quauis pia domo ſuſtentationi PAVPERVM dicata, acceptam fuiſſe. Domus eiusmodi alias dicebantur *Xenones, Ptochia, ptochotrophia, noſocomia, gerontocomia* &c. tracta ſcilicet quae a diuerſis pauperum ſpeciebus deſumta fuerat, appellatione ad ſignificatum generis. *Vid. L. 17. C. de SS. Eccleſ. et L. 49. §. 5. et 6. C. de Epiſc. Conf. de hac voce IO. FRID. HOMBERG ZV VACH ad Nov. VII. Praef. Not. 13.* Quid quod etiam *orphanotrophii* vocabulum non *orphanorum* ſolum; ſed quorumuis pauperum atque aliena liberalitate indigentium ſuſtentationi deſtinatum locum aliquando ſignificet. Teſtis eſt *ANNA COMNENA* lib. XV. *Alexiados*, eiusque interpres *Petrus POSSINVS. Orphanotrophium commune nomen eſt. Quanquam in ea ſane non ſoli Orphani aluntur: ſed militibus quoque aut emeritis aetate, aut morbo, mutilatione, vulnere debilibus receptum iſtuc commodum aperuit.*

2 Praeſertim huc ſpectant tituli CODICIS DE SS. ECCLESIIS, et de EPISCOPIS eorumque leges plurimae.

3 Certe IVLIANVS apoſtata, quod vix fidem inueniet, Xenodochia inſtituit, ſuaque conſtitutione pauperibus ibidem recipiendis alimoniam procurauit, ceu ex Sozomeno

cupatiſſimae in hoc argumento. Maxime vero canones et Pontificum decreta illud ſibi vindicant planeque ſingularem erga domus illas religioſas FAVOREM ſpirant. 4 Eundem etiam in ſe continent leges in imperio Germanico latae, Pax religioſa 5, ordinatio politica 6, Pax Weſtphalica 7, vt reliquas praetermittam. Nec iura prouincialia ab hoc fauore ſunt aliena. Teſtis eſt illuſtris BOEHMERVS 8 ordinationes eccleſiaſticas, Magdeburgenſem, Brunswicenſem et Luneburgenſem, Vinarienſem, Coburgenſem et Caſſellanam, Xenodochiorum inprimis habere rationem. Hac certe in parte Ordina-

no refert CASSIODORIVS *Hiſt. Eccleſ. Tripart. libr. VI. Cap. 29.* et THEOPHANES *in Chronographia.* Caroli M. et Ludouici Pii capitularia, quae ad Xenodochia ſpectant, exhibet STEPHANVS BALVZIVS *in Capit. Reg. Franc. Tom. I. pag. 257. et 746.*

4 Sparſim hanc materiam attingunt nunc concilia, quod tum ex Decreto GRATIANI, tum ex collectionibus Conciliorum apparet, nunc Pontifices, vt decretales, Epiſtolae Pontificum a variis auctoribus collectae teſtantur.

5 *Pax religioſa de ao. 1555. §. 21.*

6 *Ord. Polit. de an. 1575. tit. 27.*

7 *Inſtrum. Pac. Weſtphal. Art. V. §. 19. et 20.*

8 *BOEHMERVS Iur. eccleſ. Libr. III. tit. 36. §. 44.*

nationibus iſtis conformia ſunt patriae meae iura, quod vel ex hac tractatione, quae legum Saxonicarum auctoritatem paſſim inuocabit, intelligetur.

§. II.

Nec longe, quod videtur, arceſſenda eſt cauſa, cur tandem Xenodochiis tam impenſe faueant iura. Quid enim eſt, quod iſtas domus nunc loca ſancta et venerabilia 9, nunc domus venerabiles, 10 Xenones venerabiles, 11 nunc pia loca, 12 pias domus, 13 domus religioſas, 14 loca in quibus opera pietatis exercentur, 15 domus piis conſortiis deputatas 16, nunc *Geiſtliche Güter*, 17 *Gottſeliche Stiftungen* 18 vocari au-

9 *Auth. Hoc ius porrectum C. de SS. Eccleſ. L. XCII. §. 6, C. de Epiſ. Nou. VII. Cap. 12. Nou. CXXIII. c. 23.*

10 *L. XVII. C. de SS. Eccleſ. et Nov. VII. c. 2.*

11 *L. XLII. §. 6. C. de Epiſc.*

12 Sic vocant patres in *Concil. Mediol. IV. apud HARDVINVM Concil. Tom. X. pag. 940.*

13 *L. XXI. Cod. de SS. Eccleſ.*

14 *C. 4. X. de relig. dom.* Et inter res religioſas diſerte *Xenodochia connumerat LANCELLOTTVS Inſtit. Libr. II. Tit. 17.*

15 *REINKING de regim. ſecul. et eccleſ. Libr. III. Claſſ. I. Cap. 3. n. 19.*

16 *L. XXIII. C. de SS. Eccleſ.*

17 *Inſtrum. Pac. Weſtphal. Art. V. §. 9.*

18 *Reſol. Grau. Sax. de an. 1661. Tit. von Conſiſt. ſachen.*

audiam? Scilicet cum xenodochia atque ad alendos pauperes dicati reditus ex liberalitate mera proficiſcantur; pauperum vero neceſſitatibus ſubuenire, pium ſit opus atque deo acceptum: hinc PIIS CAVSIS merito accenſetur XENODOCHIORVM inſtitutio, vti res omnes, pauperum vſibus deſtinatae, quales res ptochicas imperator, [19] et mera pietatis depoſita Tertullianus [20] vocat, piam habere videntur cauſam. Hanc Xenodochiorum qualitatem manifeſte agnoſcit Lex Imperii, agnoſcit etiam Lex Saxonica. Illa quidem pari iure cenſet eccleſias, ſcholas et hoſpitalia, [21] haec vero diſertis verbis Xenodochia pias inter cauſas refert. [22] Hinc etiam interpretes iuris ſacri, rebus eccleſiae aequiparant Xenodochiorum bona, [23] et a REBVS ECCLESIAE ad res XENODOCHII infe-

19 *Nou VII. Cap. 3. §. 2. et cap. 4. et in Epiſ.*
20 *TERTVLLIANVS Apolog. Cap. 39.*
21 *Pax relig. §. 21. et I. P. W. art. V. §. 25.*
22 *Ord. Proc. Sax. Tit. XLV. §. 3. et 4. Deciſ. Elect. Sax. VIII. vid. BERLICH. Conc. p. 1. Conc. 67. pag. 444.*
23 *CARPZOV. Reſp. Libr. V. reſp. 52. n. 25. CARDIN. TVSCH. Pract. Concl. 163. n. 13. Lit. H.*

ferunt,[42] ane haec priuilegii paritas mouit ſereniſſimum Electorem Saxonem, vt cauſarum, ad Xenodochia ſpectantium cognitionem Conſiſtoriis relinqueret.[25] Qui igitur rerum eccleſiae aliarumque piarum cauſarum in legibus fauor erat, idem etiam, vt Xenodochiis eorundemque bonis exhiberetur, dignum omnino videbatur. Deinde vero, quodſi etiam abſtrahamus mentem a pietate cauſae, accedit ipſa reipublicae ſalus atque vtilitas. Huius enim maxime intereſt, ne, qui, bonis deſtituti, ſua opera victum ſibi quaerere non poſſunt, deſerantur prorſus, aut ad mendicandi ſtipemque a ſingulis ciuibus colligendi adigantur neceſſitatem. Qua mendican-

24 *Carpzou. Iuriſpr. Conſiſt. Libr. I. def. 92. n. 1. 2. Conf. et REINKING de Reg. Sec. et Eccleſ. Libr. III. Claſſ. I. Cap. 3. n.* 20. Hoc ipſum tamen argumentum cum diſcrimine tractat DVARENVS *de ſacris eccleſ. miniſt. Libr. II. cap.* 3. vbi docet, quod ea hoſpitalia, quae a priuatis propria auctoritate inſtituuntur, res eccleſiaſticae non ſint, ſecus vero ſi Epiſcopi conſenſu ſint inſtituta. Eadem cautione vtitur WILDVOGELIVS *reſponſo CLXXXIV. not. 8. et 61.*

25 *Conſiſt. Ord. Art. 7. in Cod. Auguſt. Tom. I. pag. 636. Conf. CHRIST. GOTTL. WABST Hiſt. Nachricht von der Verfaſſung ſachſens Sect. II. cap. 5. §. VI. num. 7.*

candi libertate conceſſa; non poteſt non fieri, quin validi ſaepe, ſed otio torpentes, ea abutantur. Atque haec princeps ratio eſt, quare xenodochiorum curam commendant ipſae leges imperii. 26.

§. III.

Inter tot vero legum capita, quae fauorem illum prae ſe ferunt, potiſſimum eſſe videtur illud, quod ſollicite cauetur, *nequid Xenodochia detrimenti capiant ex adminiſtratione Xenodochorum 27*; ſed ſalua maneat tum ſubſtantia bonorum, quorum fructus et reditus pauperibus deſtinati ſunt, tum vero ipſi hi fructus et reditus non aliis cedant vſibus, quam iubet deſtinationis lex. Quod quidem

---

26 *Ordin. Polit de an.* 1571. *tit. von Bettlern* 17.

27 Cum inſtituti ratio non permittat, vt in verbis haeream, obiter ſaltem iuuabit monuiſſe, XENODOCHOS dici, qui res Xenodochii vel hoſpitalis adminiſtrant. Saepius haec vox occurrit in legibus Codicis. Alias vocantur XENOPAROCHI. Conf. CALVINVM *Lex Iur. voce Xenoparochus, alibi RECTORES HOSPITALIVM. Clement.* 2. *de relig. dom. Nov. VII. Cap.* 12. Alibi locorum venerabilium GVBERNATORES. *Nov. CXXIII. Cap.* 23. *Clement.* 2. *§. illi etiam, de religioſis domibus.* Alibi piarum actionum DIOECETAE, Curatores, et adminiſtratores. *L. XLVI. §.* 1. *et* 3. *C. de Epiſc.*

dem vt obtineatur, duplici opus videtur eſſe cura. Primo nempe vt tales praeficiantur Xenodochi, qui *poſſint*; deinde qui *velint* rite praeeſſe delato ſibi muneri. Audias CLEMENTEM V. Romanum Epiſcopum. *Hoſpitalium*, inquit ille, 28 *gubernatio viris prouidis et boni teſtimonii committatur qui ſciant, velint, et valeant loca ipſa bona eorum ac iura vtiliter regere, et eorum prouentus et reditus in perſonarum miſerabilium vſum fideliter diſpenſare, et quos in vſus alios bona praedicta conuertere, praeſumtio veroſimilis non exiſtat.* Eodem fere concepta ſunt legis Saxonicae *in Art Gen.* 33. verba, quae maximam partem ex Clementis V. Conſtitutione decerpta et in vernaculam translata eſſe, crederes. 29 Nec miror CLEMENTEM V. et legislatorem Saxonem, praeter integritatem, quae in adminiſtratore rei alienae quouis conſpicua eſſe debet, etiam deſiderare, vt gubernator Xenodochii *valeat* illud regere, et ſit *prouidus*, id eſt, vt obeundo muneri, an dicam oneri, par ſit et dexteritate et prudentia. Certe enim in ordinem cogere turbam homi-

---

28 *Clementin.* 2. §. *ſed eorum, de relig. dom.*

29 Idem repetit *Decret. ſynod. gener. de anno* 1624. *in Cod. Aug. T. I. p.* 795.

hominum, quorum alii ſenio fracti, alii, aut parentum aut proprio vitio, ad pannos redacti, alii vero ſaeuo Martis ludo integritate corporis ſpoliati, ne reliquorum calamitates exequar, hos, inquam, in ordinem cogere, ſingulis alimoniam, et reliquam miſellis opem proſpicere, fundos et nummos, et vniuerſam rem ptochicam ita tractare, vt largior inde fluat reditus, in officio continere gubernationis miniſtros, ſiue officiales Xenodochii, de quibus deinceps [30], et quae ſunt cetera Xenodochi munia, haec omnia quis animo conceperit, quin conficiat, plane prudentem virum ſibi expoſcere Xenodochi munus. [31] Largior quidem non adeo magni

 mo-

30 *Infra §. VII. not. 50.*

31 Omnem partem huius muneris ipſi in ſe receperunt *equites S. Iohannis*, primitus *hoſpitalarii* appellati, dum Hieroſolymis intra ambitum, ſibi deſignatum, Xenodochium ſeu hoſpitalem domum, ſancto Iohanni baptiſtae dicatam, erexerunt, eum in finem, vt non modo aegroti et peregrini ibi reciperentur, ſed et ipſis equitibus hoſpitalariis cura hoſpitii incumberet, quod primum inſtitutum ex eorum veſtitu colligendum eſt, quem PICTET Hiſtoire de l'Egliſe et du monde Vol. II. pag. 160. ita deſcribit: *Pour habit on*

momenti rem eſſe, ſi modicae ſint Xenodochii facultates, modicus etiam pauperum numerus, ſed quid, ſi facultates ſint opulentae, et pauperum coetus aliquanto frequentior? 32

§. IV.

Cum igitur vel ipſa res poſcere videatur, vt Xenodochia eorundemque patrimonia et prudenter

---

on leur donna le manteau noir de chameau, ce manteau ſe ferme par le Collet, et a deux manches finiſſant en pointe, qui ſe reiettent par derriere, afin que les Chevaliers ayent plus de commodite a ſervir les malades. L'habit eſt a peu pres ſemblable a celui, que les Anciens donnoient dans leur peintures a Eſculape.

32 Eſt apud Pariſios celebre Xenodochium, quod ſex millia pauperum capit. Magnum audis numerum, non tamen adminiſtratorem prudentia minorem. Scilicet hanc laudat GERMAIN BRICE *dans la deſcription de Paris Tom. II. p. 202.* et dignum videtur elogium, quod adſcribatur, ait enim: *Au ſortir de ce lieu, on peut aller à la Salpetriere, l'une des principales maiſons de l'Hôpital general. Quoique pour les delicats ce ne ſoit pas une choſe fort agréable de voir des pauvres, cependant il eſt tres-ſurprenant d'en trouver enſemble un ſi grand nombre de tous âges et de tous ſexes, dont les diverſes miſeres ſont ſoulagées avec un ſoin et une charite tout-a-fait edifiante. Rien n'eſt plus beau, que l'ordre et la police, qui y eſt obſervée, et on ne ſauroit aſſez louer le Zele et la vigilance des adminiſtrateurs de ce grand Hôpital. On compte, que plus de ſix mille pauvres ſont entretenus dans cette ſeule maiſon, non ſeulemeut de nourriture, mais d'habits et de toutes les choſes, dont ils peuvent avoir beſoin. Elle paroit de loin comme une petite ville.*

denter et fideliter adminiſtrentur, id ſaepius agitatum fuit, vtrumne expediat, adminiſtrationem CLERICI ORDINIS PERSONIS deferri? Erat fortaſſe fiducia, ſollicitius et maiori cum religione in re pauperum verſaturos eſſe, qui rebus diuinis, animo et manu tractandis, adſueſſent. Deinde Xenodochii facultates tum demum ſecurae videbantur, ſi adminiſtrator nec mariti, nec dulce patris nomen expertus, vxoris et liberorum officiis haud diſtineretur, atque adeo ab onere alendae domus vacaret. 33 Forte illud etiam aliquid momenti habebat, quod ſi adminiſtrator familiam relinqueret, re domi anguſta laborantem, eidem ex re Xenodochii, ſi non ex lege, certe ex aequitate alimenta eſſent proſpicienda, 34 hoc onere vero releuaretur Xenodochium, ſi adminiſtrator talis electus, quem ab vxoris conſortio, et a prole ſuſcipienda, arceant

33 Hoc ipſum fortaſſe mouit Hamburgenſes, vt, quod illuſtris BOEHMERVS *de iure Eccleſ. Libr. III. Tit. 36. §. 5.* refert, diſerte ſanxerint, ne oeconomus hoſpitalium fieret, cui liberi obtigiſſent.

34 *SVRDVS de alimentis Tit. I. quaeſt 87. et Tit. IV. quaeſt. 24. n. 15.*

ceant canones, nempe Clericus. Quicquid ſit, rem tum Seculo quinto in Synodo Romana, tum ſexto in Concilio Hiſpalenſi a patribus agitatam fuiſſe, fidem facit DECRETVM GRATIANI 35. Decreuit vterque coetus adminiſtrationem rei eccleſiaſticae non demandandam eſſe, niſi clerico. Atqui rei eccleſiaſticae ambitu et Xenodochiorum bona comprehendebantur. Nec deſtituor exemplis, vbi Xenodochiis adminiſtratores dati fuerunt clerici, quorum duo ſaltem memoraſſe iuuabit. Euphemius, NICEPHORO teſte, 36 fuit presbyter, ſimul et rem pauperum adminiſtrauit. Hoc exemplum remotior aetas tulit. Dabo recentius, et ex ipſis quidem Saxoniae meae annalibus depromtum. Fundauit GEORGIVS Dux Saxoniae anno 1536. Dreſenae Xenodochium, cui a S. Iacobo nomen eſt, eidemque in formula dedicationis hanc legem dixit, vt Xenodochus nunquam conſtitueretur, niſi

---

35 *Can.* 22. *et* 24. *cauſ.* 16. *qu.* 7.

36 Vide DVARENVM *de ſacris eccleſ. miniſteriis Libr. II. Cap.* 4. *in fine.*

niſi CLERICVS. 37 Eius tamen rei nihil agitant leges, quibus vtimur adhuc. LAICIS 38 permittunt deferri Xenodochiorum curam, modo, quod antea dixi, honeſtate, prudentia et pietate ſint conſpicui.

B 3 §. V.

---

37 *ANT. WECK Beſchreibung der Stadt Dresden P. II. Tit. 3. pag. 286.* Praeterire tamen non debeo, hanc Georgii legem deinceps immutatam fuiſſe, ſcilicet cum vtrique muneri impares videbantur humeri iidem, Xenodochis ſola adminiſtratio demandabatur citra animarum curam. *WECK loc. cit. Tit. 4. pag. 271.*

38 Id tamen quaeri poſſet, vtrum LAICVS ſuſcepta Xenodochii adminiſtratione CLERICALEM conditionem induat? Pendet haec quaeſtio ab ea, quam infra tractaturi ſumus: an Xenodochia magiſtratui ciuili ſubſint; num vero eccleſiaſtico? Certe cum vtplurimum Xenodochia in terris catholicorum inſpectioni epiſcoporum, in terris proteſtantium vero conſiſtoriorum ſubiecta ſint; atque his ipſis etiam iurisdictio in illa competat: facile quidem eſt ad concludendum, praefectos illorum eodem gaudere foro, atque eatenus participes eſſe iurium clericalium. Hoc ſenſu CARPZ. lib. II. def. 92. n. 6. Xenodochos refert inter miniſtros eccleſiae; atque eatenus etiam verum videtur eſſe; quod doctores communiter aſſerunt; priuilegium Xenodochio conceſſum extendi etiam ad eius Oeconomos. vid. Gail. lib. II. obſ. 68. n. 6. Wildvogel Reſp. 184. n. 63. contra vero ſeſe res habet, ſi Xenodochium ſubſit inſpectioni et iurisdictioni ſeculari.

§. V.

Quemadmodum itaque in procuranda Xenodochiorum ſalute non eo ſolum reſpiciendum eſt, vt praeficiantur iisdem Xenodochi, rerum agendarum periti: ſed et bene animati atque reditus in vſus pauperum fideliter verſuri: ita tum in ipſa eorum conſtitutione, mores, quibus praediti ſunt, et animi dotes ſedulo explorandi ſunt; tum vero potiſſimum ex ipſa muneris delati adminiſtratione aeſtimandum venit, quo loco illi habendi ſint. Quo itaque in ordine contineantur adminiſtratores; conſentiunt in eo iura noſtra, QVOTANNIS ab his REDDENDAS eſſe geſtae adminiſtrationis RATIONES, idque omne reſtituendum, in quo laeſa vel diminuta eſſe videatur res Xenodochii. Si de iure Ciuili quaeras, IVSTINIANI vox eſt; [39] *Ipſos oeconomos cum iudicio et diligenti diſcuſſione creari praecipimus, ſcientibus ipſis quod ſingulis annis rationem referent ſuae adminiſtrationis, et quacunque in re videbuntur res eccleſiaſticas minuiſſe vel laeſiſſe, vel proprium quaeſtum quaeſiuiſſe, hoc eccleſiaſticis rebus reſtituent.* Et alibi idem IMPERATOR

39 *L. 42. §. 5. C. de epiſt.*

TOR ait: [40] *Xenodochos et aliorum venerabilium locorum gubernatores iubemus pro creditis ſibi gubernationibus conueniri, et rationem ſuae gubernationis facere.* Hiſce conſtitutionibus perfecte reſpondet ius Pontificium. *Rectores hospitalium,* inquit CLEMENS V. [41] *de locorum ipſorum bonis inventaria conficere, et annis ſingulis de adminiſtratione ſua teneuntur reddere rationem.* Vtrique iuri conſentanea eſt lex Imperii, quae idem clare praecipit. [42] Denique patriae meae ſanctiones ab aequiſſima Imperii lege non abludunt, dum idem iubet, [43] repetit [44] et grauiter iniungit [45] Sereniſſimus Elector. Omnium itaque iurium in hoc argumento adeſt conſenſus.

§. VI.

Iam finge, Xenodochum decedere, nondum redditis expunctisque rationibus, an ad reddendas rationes reſtituendumque reſiduum tenebitur HERES? Omnino eum teneri, vel notiſſimum

---

40 *Nov. CXXIII. Cap. 23.*
41 *Clement. 2. §. illi etiam. de relig. dom.*
42 *Ordin. Imp. Polit. d. an. 1577. Tit. 72. in fine.*
43 *Artic. gen. 33. in Cod. Aug. Tom. I. p. 701. et 462.*
44 *Decretum Synod. gener. de an. 1624.*
45 *Reſol. grau. de an. 1661. §. 15.*

tiſſimum illud iuris communis principium, heredem vnumquemque ſuſcipere defuncti obligationes, vel exemplum heredum tutoris aliorumque adminiſtratorum, fidem facere poſſet. Sed non opus eſt ratiociniis. Clare eam in rem disponunt imperatoriae Conſtitutiones. Pertinet prorſus ad heredes Xenodochi, quod IVSTINIANVS ait: 46 *Si quis autem, cui talis diſpenſatio credita eſt, ante rationum expoſitionem moriatur, iubemus, eius heredes ſimili modo et rationibus et exactionibus ſubiacere.* Plenius vero rem exprimit alia eiusdem IMPERATORIS Conſtitutio, 47 ex qua huc ſpectant verba: *Si vero non redditis rationibus defuncti fuerint, tunc ipſorum heredes ſubiiciantur tali diſcuſſioni, et conueniantur pro reſtitutione omnium, quae ex ea cauſa debere illos conſtiterit.* In lege Saxonica nihil inuenio, quod huc faciat. Hinc iuris communis diſpoſitioni in hac prouincia locus erit. Certe *cenſualium* heredes a reddendis rationibus immunes eſſe, noluit Rex Sereniſſimus 48, quod manifeſtiſſimum indicium facit, multo

---

46 *Nov. CXXIII. c. 23. in fine.*
47 *L. 42. §. 5. C. de Epiſc.*
48 vid. *reſcr. de an.* 1709. *in Cod. Aug. Tom. II. pag.* 1601.

multo minus heredem Xenodochi, cum fauor piae cauſae intercedat, ex mente Sereniſſimi legislatoris poſſe liberari.

§. VII.

Praeſertim diſquiſiuiſſe iuuabit cui, reddendae ſint rationes Xenodochii. Res eo redit, vt dicendum ſit, iis reddendas eſſe, quibus CVRA et INSPECTIO XENODOCHII competit, Acerrima vero hoc in argumento inter interpretes iuris ſacri eſt diſſenſio; vtrum nimirum ad iurisdictionem ECCLESIASTICAM, an vero ad SECVLAREM ſpectet, et MAGISTRATVI CIVILI relinquenda ſit Xenodochiorum cura? 49 Certe Romani Imperatores

C

49 Scilicet finis Xenodochiorum eſt pauperum ſubleuatio, ex bonis in hanc rem deſtinatis. Quibus itaque vel lege publica, vel fundatoris iuſſu vniuerſim poteſtas data eſt, exequendi hoc inſtitutum, atque conſtituendi de mediis huic fini procurando aptis, *curatores, inſpectores, ephoros* &c. vocare ſolemus. Eſt inter media, quibus hic finis obtineri poteſt, id operae genus, quo colliguntur reditus iterumque expenduntur in vſus pauperum; et qui hac in ſpecie funguntur, dicimus *Adminiſtratores, Oeconomos, Xenodochos* caet. Hactenus ergo *cura* ſeu inſpectio Xenodochii ab *adminiſtratione*

ratores, iure ſummi imperii, eam curam epiſcopis commiſerant, teſtantibus tot in Codice Iuſtinianeo legibus. Paulatim deinde, eccleſia ciuili imperio ſubtracta, clerus non ex delegatione

tione differt, vt totum et pars. Quemadmodum autem fieri plerumque ſolet, curatores colligendis expendendisque reditibus non ipſos ſupereſſe immediate; ſed hoc munus alii demandari ſubſtituto; ita iam eiusmodi adminiſtrator porro in eo differt a curatore, quod ille lege conſtitutus ſit vel ipſa fundatione, adeoque proprium habeat ius; hic vero mandato, vel iſto contractus genere, quo officiales praefici ſoleat. Audiunt etiam ADVOCATI xenodochiorum. Vide Ioh. REINHARDI *Medit. de Iure Princ. Germ. circa ſacra ante reform. Cap. IV. §. 9. pag. 237.* vbi excitat WILHELMI III. literas, in quiqus Senatui Gothano mandatur, vt Hoſpitali Gothano aduocatos conſtituant. Clare vero CVRATORES ab ADMINISTRATORIBVS diſcernuntur in Iure Saxonico. *Art. gen. 33. n. 3. in Cod. Aug. Tom. I. pag. 701.* quod diſcrimen etiam obſeruat Imperator IVSTINIANVS *in L. 46. §. 3. C. de Epiſc. ibi: ſi illi praepoſuerint Xenodochos, epiſcopi illos quidem permittant habere adminiſtrationem, ſed adminiſtrationem illorum inſpiciant, aut obſeruent, et recte quidem habentem laudent, in quibus autem aliquid praetergredientem corrigant, expellant, et alios inſtituant.* At memorat *L. 17. C. de Eccleſiis,* adhuc alias perſonas, quae inter officiales Xenodochii habentur. Vocantur in lege allegata miniſtri gubernationis. Horum nomine illi intelligendi ſunt, quorum mentio fit *in Art. gen. 33. n. 2. in Cod. Aug. Tom. I. pag. 701.*

tione principum ſecularium id ſibi officii competere ratus, proprio quodam iure bona, pauperum vſibus deſtinata, ſuae vindicabant inſpectioni. Vt iam eſſet iuris dioececſani pars, hoſpitalium habere curam. Quemadmodum autem eccleſiarum fundatoribus *Ius patronatus* relinquebatur: ita et qui ſua largitate Xenodochia erexerant, eorumque haeredibus, ſeu patronis, ius conſtituendi adminiſtratores cum caeteris officialibus, exigendique ab iis rationes datum eſt; ſalua quidem ſemper ſuprema inſpectione epiſcopi. Purgatis per Lutherum ſacris atque ſublata deinde in terris proteſtantium pontificis episcoporumque poteſtate, redierunt, cum reliquis bonis eccleſiaſticis, hoſpitalia ſub curam ac ſupremam inſpectionem ſecularium territorii cuiusuis dominorum; Atque iam ab ipſorum pependit arbitrio: an magiſtratibus ciuilibus an eccleſiaſticis dare voluerint id officii, vt ſuo nomine intenderent pauperum rebus. Fuerat e re proteſtantium, cauſis eccleſiaſticis, quarum adhuc arbitrium penes pontifices atque epiſco-

pos fuerat, iam, proſcripta horum poteſtate, peculiares praeficere magiſtratus et peculiaria ordinare collegia, ſub nomine conſiſtoriorum. Atque ita plerumque euenit, vt, poſt patronos, hoſpitalium cura ſuprema atque inſpectio per haec ipſa collegia procuraretur. Non itaque per ipſum harum rerum naturam ac neceſſitate quadam factum eſt, vt conſiſtoriis demandaretur earum procuratio; ſed inſtituto prorſus arbitrario; ſuadentibus quidem ita publicae vtilitatis rationibus. Latius haec perſequitur Illuſtris BOEHMERVS [50], vbi curam illam magiſtratui ciuili vindicat et docet, ſententiam pro clero militantem, quam amplexi ſunt magni nominis ICti, CARPZOVIVS, LINCKIVS, BRVNNEMANNVS, alii, ex incauta iuris Pontificii [51] applicatione proficiſci.

---

50 *BOEHMERVS in Iur. Eccleſ. Tom. III. Libr. 3. Tit. 36. §. 40.*.

51 Nec ipſi Pontificii ſemper agnoſcunt, Epiſcopis competere Xenodochiorum curam. Agnoſcit quidem Hiſpania, ſed nunquam agnouit Gallia, quod paſſim teſtatur *RENATVS CHOPPINVS de ſacra Politia Libr. III. Tit. V. §. 4. et Monaſtiκῶν Libr. II. Tit. I. n. 27. pag.* 140. vbi doctrinam ſuam Parliamentorum decretis corroborat.

ficiſci. Sane in legibus Saxonicis definitum eſt, magiſtratuum ciuilium inſpectioni ſubeſſe Xenodochia, iisdemque rationes reddendas eſſe a Xenodochis. [52] Temperatur tamen definitio, dum diſponitur, [53] vt magiſtratus adhibeat in conſilium, et ad inſtituendum examen rationum [54] Parochum cuiusuis loci, [55] nec non Paſtorem primarium et Inſpectorem Dioeceſeos, [56] manente nihilominus directione apud magiſtratum ciuilem. [57]

52 Hac quidem in parte lex Saxonica cum lege imperii conformis eſt, *per Ord. Polit. Imper. de ann.* 1577. *Tit.* 27. *vid. WABST ietzige Verfaſſung der Iuſtitz in Sachſen. Sect. II. Cap. XI. §.* 13. *n.* 15. *pag.* 248.

53 *Art. gen. in Cod. Aug. Tom. I. pag.* 462. *conf. IOH. GOTTFRIED SCHAVMBVRGS Einleitung zum Sächſiſchen Recht Exerc. VIII.* §. 19. *pag.* 178.

54 *Cod. Aug. Tom. I. pag.* 701.

55 *Ibid. pag.* 795.

57 Quod ſit officium Superintendentis circa Xenodochia docet *CHRIST. GOTTL. LEHMANNVS de officio Sup. Cap.* 24. *ZIEGLER de Epiſcopis cap.* 22.

58 Nec ex iuris Pontificii mente magiſtratus ciuiles plane excluduntur ab inſpectione et expunctione rationum Xenodochii. Quid eſt enim, quod CLEMENS V. Papa *in Clement.* 2. §. *illi etiam, de relig. dom.* dicit: *Illi etiam, quibus Xeno-*

§. VIII.

Sic igitur cum ſe habeant iura noſtra, facile, Lector, diiudicabis, vtrum ſecurus ſit adminiſtrator Xenodochii, qui cum officio ſuo et adminiſtratione cedit, non ab INSPECTORIBVS XENODOCHII, ſed ſaltem a SVCCESSORE IN OFFICIO rationes expungi curat, an vero ſic expunctae contra eum, eiusque heredes retractari quandoque poſſint? Narrabo ſpeciem, quae nuper in foro obuenit. Committit magiſtratus ciuitatis cuiusdam Hoſtilio et Gallo adminiſtrationem Xenodochii, Hoſtilius adminniſtratione tandem cedit, eidemque in officio ſuccedit Manlius, cui ille offert rationes geſtae adminiſtrationis expungendas. Accipit eas Manlius, acceptas examinat, examinatas expungit, iisdemque

---

Xenodochiorum gubernatio ſeu adminiſtratio committetur, ordinariis ſeu aliis, quibus ſubſunt loca huiusmodi, vel deputandis ab eis, teneantur reddere rationem. Ergo reddendas eſſe, vult Papa, cui ſubeſt Xenodochium, ſiue ſit Epiſcopus, ſiue magiſtratus ciuilis. Hanc tamen doctrinam temperant PATRES IN CONCILIO TRIDENTINO *Seſſ. 32. de Reform. c. 8.* dum ſanciunt, vt iſtiusmodi in caſibus ordinarius ſimul adhibeatur, nec aliter liberatio obtingat adminiſtratoribus. Quod ipſum menti Iuris Saxonici admodum conſonum eſt.

que expunctis continuat adminiſtrationem. Mortuo Manlio elapſis circiter triginta annis defectus quidam deprehenditur in rationibus. Oritur quaeſtio: contra quem Curatori Xenodochii detur actio? Vtrum contra Hoſtilii, interim mortui, an contra Manlii heredes, an vero liberandi ſint heredes Hoſtilii, et ſolis Manlii heredibus lis recte intendatur. Fortaſſe enim non abſonum videtur, ſucceſſorem poſſe expungere anteceſſoris rationes, maxime cum ipſe Sereniſſimus Legislator Saxo aliquando, vt rationes, ab heredibus redditae, a SVCCESSORIBVS IN OFFICIO examinentur iuſſit. 58 Deinde intercedere videtur, autoritas legum, quae rationes ſemel redditas poſt vicennium plane non, ne quidem ob errorem calculi, retractandas, 59 imo heredem adminiſtratoris reipublicae poſt decen-

58 *Reſcriptum regium de an.* 1709. *in Cod. Aug. Tom. II. pag.* 1601. omnibus officialibus, qui tributa in circulis Saxoniae colligunt, iniungit, vt Anteceſſorum rationes expungant, reſiduum ad liquidum perducant, illudque ab heredibus exigant.

59 *L.* 8. *ff. de admin. rer. ad civ. pertin.* conf. *BERGERI Oecon. Iur. Libr. I. Tit.* 2. §. 15. *LAVTERBACH. Colleg. Libr.* 50. *Tit.* 8. §. 3. *et WERNHER Obſ. Part. IV. Obſ.* 228. *n.* 2.

decennium ſecurum eſſe, [60] volunt. Sed nihil praeſidii in legibus inueniunt heredes Hoſtilii, vt ab actione poſſint liberari. Vulgaris eſt doctrina, rationes geſtae adminiſtrationis reddendas eſſe ei, qui ADMINISTRATIONEM DEMANDAVIT. [61] Accedit, quod leges Xenodocho, vt rationes CVRATORIBVS XENODOCHII reddat, diſertis verbis iniungant, adeoque rationes non his, ſed SVCCESSORI IN OFFICIO redditae, pro MALE REDDITIS habendae ſint. [62] At conſentiunt in eo legum interpretes, male et illegitime redditas rationes, non dici redditas, ſed iterum eſſe reddendas. Ex quo apparet, nec decennii nec vicennii praeſcriptione iuuari heredes Hoſtilii. Vtraque enim praeſcriptio ſupponit rationes RITE REDDITAS expunctasque. [63]

§. IX.

Interim vt clariora fiant, quae ediſſerui, pergo in narratione coepta. Iacit aleam Curator hoſpi-

60 *L.* 13. §. 1. *ff. de div. temp. praeſcr.* conf. *WERNHER OBS. Part. IV. Obſ.* 228. *n.* 1.

61 *MEVIVS Deciſ. Part. VII. dec.* 177. *n.* 3.

62 Confer tamen ea, quae ſcripſi *§. X. not.* 66.

63 *MEVIVS Part. VIII. Deciſ.* 21. *n.* 3. *Conſil. Altdorff. Vol. II. Reſp.* 30. *n.* 124.

hoſpitalis, litem heredibus Hoſtilii mouendo, nouasque adminiſtrationis, ab Hoſtilio geſtae, rationes petendo, quamuis hic eas ſucceſſori in officio iamiam exhibuerat, et a quo iamdudum examinationem et iuſtificationem rationum cum reſtitutione reſidui, impetrauerat, defendunt ſe ergo heredes exceptione iamiam expunctarum a Manlio rationum, et acriter inter actorem et reos cauſa diſceptatur. Sententia quidem a Scabinis Vitebergenſibus lata heredibus Hoſtilii patrocinatur, dum reſpondent: *Daſs des Curatoris des Hoſpitals Suchen wieder des Hoſtilii Erben nicht ſtatt hat, ſondern es iſt derſelbe des Succeſſoris Manlii Erben dieſerhalb in Anſpruch zu nehmen ſchuldig.* Audias, quibus demum rationibus permoti reſponderit. Aiunt: *Dieweilen an Hoſtilii Stelle Manlius anno 1703. beſtellet worden, geſtallten er auch des Officii ſich unterzogen, und nach der beygelegten Rechnung ſolche von anno 1700. bis 1705. übergeben, und Hoſtilii Rechnungen von 1702. bis 1703. perhidiret und approbiret, auch anno 1704. mit ihm Abrechnung gehalten, und darauf die Rechnung weiter fortgeführet, darinnen der Caſſen-Beſtand, wie er angegeben, fortgeführet; auch von dem Succeſſore, Abrechnung, ohne einen errorem calculi zu bemercken, gehalten, und die angezogenen Capitalia, weder zur Zeit der*

Ausleihung, noch da er noch adminiſtriret, nicht ſicher untergebracht, keinesvveges dociret, ia nicht einmahl angeführet hat. Hac vero ſententia male ſibi et Xenodochio conſuli exiſtimans, Curator Leuterationem interponit, et, re deinceps vlterius inter partes agitata, a facultate Lipſienſi ſequentem impetrat Sententiam: *Nunmehro* etc. *daß Beklagte Hoſtilii Erben, daſs die Hoſpital Rechnungen von anno 1702. bis 1704. abgethan, iuſtificiret, und ſie, oder ihr Erblaſſer Hoſtililius darüber behörig quittiret vvorden, anderer geſtallt und beſſer, als geſchehen, zu ervveiſen ſchuldig.* Rationes adiectae, cum hanc tractationem mire illuſtrent, integras adſcribere viſum eſt: *Obvvohln die Erben, daſs ihr Erblaſſer die geforderten Rechnungen bereits abgeleget, iuſtificiret, auch darüber quittiret vvorden, bereits dargethan, alſo es des erkandten Bevveiſſes nicht bedurffe, vorvvenden, immaſſen dieſelben auf den Extract ex Protocollo Senatus: nach vvelchen angeregte Rechnungen übergeben, und zvveyen Deputis zugeſtellet vvorden, ingleichen auf die Rechnung fol. 54. laut deren Hoſtilius 1400. rl. heraus zu geben gehabt, vvelche Poſt auch nach denen Quittungen fol. 12. bar ausgezahlet, ſich beruffen; Dennoch aber und dievveil es vornehmlich darauf ankommt, ob dieſe Rechnungen, vvie die Erben vorgeben vvollen, bereits unterſuchet, iuſtificiret, und als richtig agnoſciret, ſo vvohl Rechnungsführer darüber quittiret vvorden, als*

als in vvelchen Fall die Erben, nach Verfluſs mehr als 10. Iahren, Inhalts L. 13. ff. de diu. temp. praeſcr. auſſer vvenn ſich ein error calculi, oder ein reſiduum finden ſollte, als vvelches auch nach ſolcher Zeit unterſuchet vverden kann, davor zu repondiren nicht gehalten; ſondern die gezogenen Defecte eo ipſo vor iuſtificiret zu achten, dahingegen, daſs dieſes alles geſchehen, aus denen Acten noch zur Zeit nicht erſcheinet, indem aus dem Protocoll, daſs die daſelbſt bemeldte Rechnungen auch vvürcklich reuidiret, vor richtig befunden, und darüber quittiret worden, nicht wahrzunehmen, wie denn auch die Rechnungen von niemanden, als Rechnungsführern ſelbſt unterſchrieben, und zu keinen Beweiſs dienen können, immaſſen auf die Quittungen des Succeſſoris, ſo lange die Rechnungen nicht behörig iuſtificiret, und ein gewiſſes quantum, welches Rechnungs-Führer heraus zu geben ſchuldig, ausfundig gemacht, zu deren Beklagten Erben Intention nicht zureichend iſt. Iſta ſententia, quanto magis in rem Xenodochii eiusque curatoris concepta eſt, tanto iniquior videtur heredibus Hoſtilii. Vlteriori igitur Leuteratione interpoſita, Facultas Vitembergenſis Lipſienſium Sententiam pure confirmat, nouasque addit rationes, ſequentis tenoris: *Da nach dem l. 13. ff. de diuerſ. temp. praeſcr. die rationes ſubſcriptae et expunctae ſeyn müſſen, wenn ein Rechnungs-Führer und geweſener Adminiſtrator ſich mit der praeſcription behelffen vvill, ſo*

 müſſen

müſſen Hoſtilii Erben nothwendig, daſs ſie von denen, ſo die Inſpection über das Hoſpital haben, über die vorgegebene iuſtificirte Rechnungen quittiret worden, zuförderſt dociren, und iſt des Succeſſoris in officio agnition ihres Erblaſſers Rechnungen dazu nicht hinlänglich.

§. .X

Nihil adhuc dixi de altero Xenodocho Gallo, de quo §. VIII. mentio facta eſt. Nunc vero in ſcenam prodeunt heredes eius. Scilicet queruntur Hoſtilii heredes, male ſecum agi, quod contra ſe ſolos pronunciata ſit ſententia, Galli etiam heredibus iniungendum eſſe, vt litem faciant ſuam, geſſiſſe Hoſtilium et Gallum COMMVNEM adminiſtrationem, et adeo vtrumque vel vtriusque heredes teneri, ſe autem ſolos, ſi ius et aequum ſpectetur, rationibus reddendis ſubiiciendos non eſſe. Mouet haec Hoſtilii heredum querela iudicem, vt cauſae deciſionem relinquat Scabinis Lipſienſibus. Hi pronunciant: *Daſs vor allen Dingen über die von Hoſtilio und Gallo vervvaltete Adminiſtration des Hoſpitals, deren beyderſeits Erben Rechnung abzulegen, ſodann der ietzige Adminiſtrator 65 oder vvem ſonſt die Stadt-*

65 Tunc ſcilicet ſucceſſor in officio, cum effectu liberationis, expungit rationes, ſi hoc ei committatur a magiſtratu, quae certe in hac ſenten-

Stadt-Obrigkeit die Abnahme aufgetragen vvird, die Defecte, die er dabey finden möchte, darvvieder zu ziehen, in übrigen, ob etvvas, und vvie viel Hoſtilii Erben denen Galliſchen Erben, oder dieſe ienen von dem reſiduo, vvomit ſie beyde dem Hoſpital verhafftet befunden vvorden, zu erſetzen gehalten ſind, nach Erörterung ſolchen reſidui abſonderlich gegen einander auszuführen ſchuldig. Magni ponderis ſunt rationes adiectae; *Obvvohl Galli Erben, daſs vvegen Einnahme und Ausgabe bey Adminiſtration des Hoſpitals, ſie ihren Erblaſſer nur in gevviſſe maſſe zu vertreten verbunden, hingegen des übrigen halber nur Hoſtilii Erben in Anſpruch zu nehmen vvären, und hinvviederum dieſe ein gleichmäſiges gegen iene, oder gar, daſs die Erben des Succeſſoris Manlii, vveil derſelbe nicht eher etvvas urgiret, diſsfalls haften müſſen, zu behaupten ſuchet, dievveil aber dennoch Hoſtilius und Gallus, vvie deren Erben zu laugnen nicht vermögen, zugleich mit einander Vorſteher gevveſen, und daſs bey ſolcher Adminiſtration ein ieder vermöge ſeiner Beſtellung und Pflicht etvvas beſonders zu beſorgen gehabt habe, nicht wahrzunehmen, folglich beyden coniunctim, und nunmehro deren Erben, denen Superioribus Rechnung abzulegen, und das reſiduum zu erſtatten, oblieget, wobey eines theils das Hoſpital ſeine gegrundete Anſprüche wieder beyde Adminiſtratores, mit denen Irrungen, ſo dieſelben unter*

 ſich

ſententia Scabinorum mens eſt. Nimirum magiſtratus, cui velit, examen rationum committere poteſt, quod clare permittit CLEMENS Pontifex in allegata *Clement.* 2. *de relig. dom. verbis: Ille, quibus gubernatio Xenodochiorum committetur, ordinariis ſeu aliis, quibus ſubſunt loca, vel deputandis ab eis, teneantur reddere rationem.* Quae obſeruatio quodammodo limitat ea, quae ſupra §. VIII. ſcripſi.

ſich haben, confundiren zu laſſen, nicht ſchuldig, andern theils ehe und bevor die gemeinſchafftlichen Rechnungen in Anſehung desienigen, der ſolche zu fordern befugt iſt, in Richtigkeit gebracht, und das quantum reſtituendum determiniret vvorden, deren Rechnungs-Führer mutuae praeſtationes nicht deutlich zu erkennen, noch ſogleich zu entſcheiden ſind.

§. XII.

Quae vero rationum reddendarum ſit Formula, vix attinet exponere. Vulgaris eſt doctrina, accepta et expenſa comprehendi debere in libello rationum. Addunt tamen accuratiores legum interpretes, [67] rationum fundamentum et caput eſſe INVENTARIVM, et ex hoc demum de perceptis conſtare poſſe. Et recte quidem hi docent. Nihilominus tamen hanc doctrinam vt plurimum negligi obſeruo. Saepiuſcule offeruntur rationes a Xenodochis, aliisque piarum cauſarum Dioecetis, qui vti ſub auſpiciis ſuae adminiſtrationis confectionem inuentarii omiſerunt, ex hoc rationes ſuas inſtruere non potuerunt, tunc igitur diſquirendum, an libellus rationum, ſi accepta ſolum et

[67] *Ill. BOEHMERVS Iur. Paroch. Lect. VI. Cap. II. §. 7. Conf. BRVNNEMANN. Conſil. CXVII. n. 18. et MVNNOZ DE ESCOBAR de ratiociniis adminiſtr. Cap. X. no. 69.*

et expenſa contineat, calculum ferat. Et obſeruantia fori docet, iſtiusmodi in caſibus plerumque ANTECESSORIS expunctas, examinatas et RITE APPROBRATAS RATIONES INVENTARII LOCO habendas eſſe, et ideo ſucceſſorem, RELIQVVM ſiue RESIDVVM, *den Beſtand* ex rationibus anteceſſoris in officio, primario inter accepta referre debere. Rem illuſtrabo ſequentibus. Baſilius fuit adminiſtrator Xenodochii, et, ſicuti omnes anteceſſores, neque inuentarium confecerat, neque ob diuerſitatem maſſae, quae ſingulis annis vel augetur vel diminuitur, conficere poterat. Vbi vero geſtae adminiſtrationis rationes reddit, in earundem examine, mihi tanquam actori Xenodochii demandato, deprehendo, acceptarum paginam ea tantum comprehendere, quae ipſe perceperat, nec in libello, qui primi anni rationes continet, reſidui ex anteceſſoris adminiſtratione mentionem fieri, tum etiam in libellis ſequentium annorum omiſſum eſſe reſiduum ex libello anni praecedentis, quod quinquaginta florenorum ſummam comprehendit. Vrgeo itaque contra Baſilii

filii heredes, vt ea, quae anteceſſor tanquam reſiduum, partim in parata pecunia, partim per nomina actiua reliquerat, ſequentium annorum rationibus inſerant, et inter accepta referant. Circa hoſce defectus ſcabinorum, Lipſienſium aſſeſſum inuenio, dum reſpondent: *daſs zuforderſt von Seiden der Commiſſion in beyſeyn derer Intreſſenten, ob und wie ferne der bey ieder Rechnung angegebene baare Beſtand iedes mahl in die nächſt folgende in Einnahme übertragen worden, zu unterſuchen.* Alius Adminiſtrator Xenodochii, Marcius, reſiduum ex anteceſſoris adminiſtratione, quod duo millia florenorum continet, rationibus ſuis immiſcere detrectat, et prolixe contendit, ſe nullo iure teneri ex adminiſtratione anteceſſoris, nec inter accepta ſe referre poſſe, quae reuera non acceperit. Re aliquantiſper agitata, et ad Lipſienſe conſiſtorium delata, fertur ibi ſententia: *daſs Marcus vor allen Dingen die in der Rechnung von 1730 (nempe anteceſſoris in officio) als wahren Beſtand und Vorrath gebrachte 2000. Fl. dem Hoſpital binnen 14. Tagen bey Vermeidung der Hülffe zu bezahlen, oder ſo viel davon ausgeliehen, durch Auslieferung derer vorhandenen Documente mittelſt ordentlicher Specification dem Hoſpital zu vergüthern ſchuldig.* Nondum acquieſcit Marcius

cus, ſed ad iudicem ſupremum prouocat, ſibique, iſthac ſententia, maximum grauamen inferri vrget, et male quidem, quatenus ſcilicet reſiduum anteceſſoris ex rationibus propriis plane omittendum eſſe putat, hinc reformatur iſta ſententia, tantummodo ratione exſolutionis reſidui per paratam pecuniam, in ſupremo iudicio hunc in modum: *daſs wohl appellirет, derowegen Appellant die in der Rechnung von 1730. als wahren Beſtand und Vorrath gebrachte 2000. fl. binnen 14. Tagen zu bezahlen nicht ſchuldig, ſondern es iſt zuförderſt die in Faſc. ſub P. ubergebene Rechnung durch Calculatores, in beyſeyn deren Partheyen, zu durchgehen, der Beſtand aus der Rechnung des Anteceſſoris an 2000. fl. in Einnahme zu bringen, und ſo dann ein gewiſſer Calculus zu ziehen.* Sic liberatur Marcus *von der Bezahlung*, ſed non *von der Berechnung des* reſidui ex adminiſtratione anteceſſoris.

§. XII.

Ea vero, quam nunc attingo, paradoxa forte videbitur quaeſtio. Quaero ſcilicet, vtrum detur Xenodochvs aneclogistvs, id eſt, a rationibus reddendis immunis. At enim, ſi legem audiamus, indiſtincte ab omnibus Xenodochiorum adminiſtratoribus rationes expo-

E ſcuntur,

ſcuntur, 68 ſi vero aequitatem ſpectemus, non admittendum videtur exemplum, quo res Xenodochii in diſcrimem adduci poſſit. Harum tamen rerum nihil eſt, quod me perturbet, quo minus aneclogiſtum dari Xenodochum, contendam. Quod enim legum interpretes vno ore pronunciant, pupillorum iura Xenodochiis accommodanda, Xenodochos vero tutoribus aſſimilandos eſſe, mihi etiam fas ſit, vſurpare. Atqui pupillo TVTOREM ANECLOGISTVM a patre recte dari, quis eſt, qui neſciat? Certe, illud patri indulgendum eſſe, VLPIANVS et IVLIANVS auctores ſunt. 69 Ex quo conficio, curatoribus etiam inſpectoribus Xenodochiorum, qui inſtar parentum habendi, ex legum mente, liberum videri, ſi ex re Xenodochii illud fore exiſtiment, adminiſtratorem citra rationum reddendarum neceſſitatem, hoc eſt Xenodochum

68 Si doctores conſulas, omnes fere pronunciant, nullum adminiſtratorem vllo pacto, vel alio modo a reddendis rationibus futurae adminiſtrationis liberari poſſe. vid. *MVNNOZ de ratiociniis adminiſt. Cap. V. n.* 10.

69 *L. V. §. 7. ff. de adminiſt. et peric. tutor.*

dochum conſtituere aneclogiſtum. Si ambigua adhuc videatur haec argumentatio, ipſis rerum experimentis eam comprobabo, tabulis nimirum WILHELMI III. DVCIS, ao. 1417. confectis, in quibus Xenodochium apud Coburgenſes in ſuburbio ſitum Epiſcopo ita traditum eſt, vt is absque omni rationum redditione illud poſſidendi, et plenarie adminiſtrandi facultatem ad dies vitae habuerit.[70]

§. XIII.

Nec illud extra controuerſiam poſitum eſt, vtrum XENODOCHIA TACITAE HYPOTHECAE iure gaudeant in bonis Xenodochorum. Conceſſerim quidem in prouinciis, vbi leges hoc ius ſpeciatim indulgent[71], ceſſare controuerſiam. Eo vero amplio-

70 Has literas publicas exhibet IOH. GEORG. RHEINHARD, *Medit. de iure princ. Germ. circa ſacra, ante reform. Cap. IV. pag. 243.*

71 Vti apud Saxones in Electoratu in *Ord. Proc. Tit. 45.* §. 3. in principatu hoc Brandenburgico Culmbacenſi vid. *Landes Conſtit. von Concurs Proceſſen. claſſ. III.* §. 7. *lit. d.* apud Wurtenbergenſes vid. *Wurtenbergiſche Kaſten Ordnung* §. *wie auch*

ampliorem dubitandi materiam deprehendes, ſi ad ius commune reſpicias. In hoc enim de tacito pignore piis cauſis competente, altum ſilentium. Mire ideo legum interpretes [71] torſit hoc argumentum, et plurimi in eam procliues fuerunt ſententiam, cum verba legum ceſſent, earum interpretatione piis cauſis ſuccurrendum eſſe. Claras videri leges, quae PIIS CAVSIS MINORVM ET PVPILLORVM iura tribuant, [72] earundemque adminiſtratores TVTORIBVS aequiparent. [73] Hinc nihil magis analogiae iuris conuenire, quam vt hypotheca tacita, quam pupillis et minoribus nemo denegauerit, piis etiam cauſis tribuatur. Hoc quidem, ne ceteris ratiociniis te morer, interpretes conatu magno contendunt; at, quod obſeruaui, non vbique aſſentiente fori et dicaſteriorum vſu. Pluries contrarium litis euentum expertam fuiſſe piam cauſam, vidi. Exemplum

wie auch pag. 352. Item apud Lubecenſes vid. MEVIVS *Iur. Lubecenſ. Libr. III. Tit. I. art.* 22.

[72] *C. I. X. de in integr. reſt. Reform. Polit. de an.* 1548. *Tit.* 31. §. 4. *et Ordin. Polit. de an.* 1577. *Tit.* 32. §. 4

[73] *L. XXXII. C. de Epiſc. et Cler. et Clement.* 2. *de relig. dom.*

plum lis, quam referam, dabit. Antonius, Xenodochii cuiusdam in prouincia, quae iura Electoralia Saxonica non agnoſcit, adminiſtrator, bonis labitur, et ab officio remouetur. Concurrunt creditores, interque eos nouus Xenodochii adminiſtrator. Hic, Antonium reſidui nomine debere ſummam non exiguam, demonſtrat, et cum reliquis creditoribus de prioritate certat. Finito certamine reſiduum locatur in claſſe ſeptima ob tacitam hypothecam. Leuterationem interponunt creditores, quibus Xenodochium praefertur, et reformatoriam impetrant ſententiam an. 1726. *Daſs das Hoſpital nicht in der 7ten, ſondern in der 19ten Claſſe unter denen perſonaliter priuilegiatis zu befriedigen.* Xenodochii nomine remedio prouocationis vtitur adminiſtrator. Ita vero ſummus prouocationum Senatus an. 1728. *Daſs wohl apelliret, derovvegen der Vorſteher des Hoſpitals mit dem Adminiſtrations-Reſte nicht in der 19ten Claſſe unter denen perſonaliter privilegirten zu befriedigen, ſondern es bey dem erſten Abſchiede billig bleibet.* Leuterationem Creditorum ao. 1730. ſequitur haec ſententia: *Nunmehro* &c. *Daſs die*

die Vorſteher des Hoſpitals mit dem Adminiſtrations-Reſt nicht in der 7ten Claſſe Krafft ſtillſchweigenden Unterpfands zu befriedigen, ſondern es bey dem Urthel von 1726. zu laſſen. Nondum acquieſcit adminiſtrator Xenodochii. Nouo adhibito remedio 1732. ſic pronuntiatur: *Nunmehro* &c. *Daſs die Vorſteher des Hoſpitals nicht in der* 19*ten unter denen perſonaliter priuilegirten, ſondern in der 7ten Krafft ſtillſchweigenden Unterpfands zu befriedigen.* Inſtantibus adhuc creditoribus, an. 1738. denuo reformatur ſententia. *Nunmehro* &c. *daſs die Vorſteher des Hoſpitals nicht in der 7ten, ſondern in der* 19*ten Claſſe zu befriedigen, und es diſsfalls nicht bey dem Urtheil von an.* 1728. *ſondern bey dem von* 1730. *zu laſſen.* Explorat tandem adminiſtrator, an reformatoriam impetrare poſſit, ſed pronunciatur, *daſs es eingewanndter Leuterung ungeachtet, bey unſern jüngſt eröffneten Urthel billig bleibet*, additis rationibus: *weiln die piae cauſae keinen ausdrücklichen legem, vermöge deſſen ihnen ein ſtillſchweigendes Unterpfands-Recht zuſtehe, vor ſich anzuführen haben.* Vides igitur vel ex hac lite, quo robore, ſi fori alea ſubeunda, ſtet tacitum pignus, a tot quidem interpretibus piae cauſae aſſertum. Nec Xenodochio profuit piae cauſae, quem in hoc

argu-

argumento admodum Doctores iactant, fauor, cum ei, ex mera legum interpretatione, aegre locus dandus ſit, ſi res manifeſte cedat in odium et damnum reliquorum creditorum.

TANTVM.

PRAENOBILISSIMO ATQVE DOCTISSIMO

DOMINO CANDIDATO

DISSERTATIONIS AVTORI

S. P. D.

PRAESES

Reddo TIBI diſſertationem TVAM, TVO marte elaboratam, nec vllis a me vel acceſſionibus auctam, vel interpolatam emendationibus. Quippe his non opus videretur ſcripto eleganter compoſito; illas vero non ferret inſtitutum TVVM, quo praecipua tantum quaedam capita de rationibus Xenodochiorum tradere, fuerat animus. Sunt itaque hic omnia TVA. Id meum eſt, quod addam; vt TIBI honores a noſtro ordine impertiendos publice gratuler. Talem TE praeſtitiſti in examinibus atque in praeſcriptarum legum, ex vtroque iure, reſolutione, nec non in hoc ipſo, quod ad diſceptandum proponis, opuſculo; qualem decet, qui non curtam doctrinae ſuppellectilem impetratis aliunde honorum titulis tegere ſatagit, ſed ſuarum virium ſenſu tactus, dignitates ambit, quas aequaturus ſit meritis. Probaſti nobis non ſolum egregiam penitioris iurisprudentiae cognitionem; ſed et in forenſibus cauſis tractandis peritiam ſingularem, iamque pluribus iisque luculentis ſpeciminibus demonſtratam. Fruere diu honoribus, quos non TVO minus merito debes, quam noſtri ordinis decreto. Fruatur diu TVA dexteritate patria, iubeatque deus et TE et rempublicam ſtudiorum TVORVM fructum capere vberrimum. Dab. ex Muſeo. d. XII. Maii MDCCXLVII.